

iusque vitii causam latere in verbo *δυστυχίσεις*.
 Quod quum viri docti viderent: labeculam illam ita
 abstergendam et tollendam censuere, vt legeretur,
 aut *πορνοβοσκῶν δυστυχῆ*, aut certe *πορνοβοσκὸν
 δυστυχῆ*. Qua quidem medicina, leni sane neque
 crudeli, admitta, dubitari nullo modo potest, quin
 integritas loco sua et sanitas restituta iudicari debeat.
 Etenim syllabam *σεις* facile parere prima verbi se-
 quentis syllaba, ab dictantibus male pronuntiata, po-
 tuit: et Palaephatus aliis quoque locis casu Accusa-
 tiuo ita vtitur, eum verbis *λέγειν*, *φαίνασι*, et simi-
 libus, Homeri aliorumque bonorum scriptorum au-
 thoritate *), ita adiungit, vt poni pro eo casus Ge-
 nitivus, praemissa particula *περὶ*, possit; adeo, vt
 iam loco illo, non solum structura verborum legi-
 tima reperiat, sed nec sententia desideretur idonea.
 Et quanquam per se nihil referre apparet, *πορνοβο-
 σκὸν* legatur, an *πορνοβοσκῶν* tamen Pluralem nu-
 merum Singulari praefereendum putamus, cum quia
 in Aldino libro diserte scriptum *πορνοβοσκῶν* legitur,
 tum quoniam elegantius dicitur atque exquisitius
πορνοβοσκῶν δυστυχῆς, quam *πορνοβοσκὸς δυστυ-
 χῆς*. Itaque carere recte possumus vsu medicinae
 paullo asperioris neque omnino bonae, quam pararat
 illi ipsi vulneri ingenium magni Casauboni, qui illud
 ita sanandum censebat **) *ἐπεὶπερ καὶ νῦν εἶτις πορ-
 νοβοσκεῖν δυστυχίσειεν*. Sed quemadmodum dubi-
 tari nequit, quin Bellerophontis in Fabula ***)
 προσβά-

*) Vid. Ric. Dauesius Ioh. Christo. Vuolfio edita
 Miscell. Critt. p. 147 f. p. 14 —.

) Vid. Casauboniana ab *) C. 29, 5 f.